



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani[i] Amor Divinvs

Scribanius, Carolus

Mogvntiæ, 1616

Cap. III. Assimilatio Amoris tertia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46242)

& qui quærunt animam meam, & auellere pullum nituntur à nutricio pectore, ab vberibus matris suæ, ab integumento genitricis suæ, redigantur in puluerem qui à vento rapitur, & cuius nulla remanent vestigia super terrâ. Ne superueniat mihi hic raptus in interitum; ne non profuturas tibi excutiat lacrymas Ierosolyma hæc noua, anima mea. Ne fleas super eam, quia non cognouit tempus visitationis suæ. Sed trahas eam post te in odorem vnguentorum tuorum in seculum seculi.

CAPVT III.

Assimilatio Amoris tertia.

Ceto. **C**ui assimilabo te? CETO, dilecti mi. In cuius aluo cum Iona tuo non iam triduum, sed æternum passus. Nam licet Ninive in cinere & cilicio felix negato pabulo, felicitatem tamen ego in hac regia piscaria mea. Neque enim lugere potest sponsa, non

non sponsi filii, quamdiu adhærent
 sponso suo. Procul ergo cinis & lu-
 ctus, ubi dilectus dilecto suo pasci-
 tur. *Benedicite proinde omnia quæ mo- Dan.3.*
uentur in aquis Domino, quia dilectus
 meus inter cetera grandia princeps fa- Gen.1.
 ctus est mihi; & refugium in die exi-
 lii mei, die luctus & doloris, die pro-
 iectionis meæ tamquam abortiui, à
 facie terræ, & recordatus est mei.
 Quid? quod & ipse, sicut Ionas fuit in *Matth.*
ventre ceti tribus diebus & tribus nocti- 12.
bus, fuerit in corde terræ tribus diebus
 & tribus noctibus, ut pararet mihi
 domum in secula, domum gaudii &
 iubilationis, domum decoris, & læ-
 titiæ suæ magnæ nimis, à seculis in se-
 cula. Largire hoc mihi dilecte mi, ut
 habitem in domo tua, filius factus
 desponsationis tuæ. Fluminum la-
 crymarumq; tearum & sanguinis fi-
 lius, & in æternum tuus.

Cui assimilabor? DELPHINO, di- Del-
 lecte mi. Qui humana illectus specie phino.

Z 3 ad

334 CAROLI SCRIBANI
ad littora nostra exscendisti, quis ve-
tet conscendere delphinum meum.
Qui dorsum suum præbuit peccato-
ribus, allectus suspiriis & modulami-
ne amantis & pœnitentis animæ; cu-
ius cōsuetudinis avidus etiam lacry-
mas fudisti, cū videres pereuntem,
quem per tot maria fluctusq; deve-
xeras saluum innixum humetis tuis
repatere obrui, Delphine mi, piam
hanc sarcinam aberrantem ab oculis
suo, à gregibus sodalium suorum re-
patere excuti hanc prædam; ne quis
dicat insultans, Fortior superuenit
Tuus sum, & concreditum onus tibi,
dilecte mi. Nauigio ferar tuo, ne
qua inimica Neptunia proles tem-
pestatibus excutiat sponsam tuam
pœnitentiæ quondam, nunc amoris
annulo subarratham tibi.

Remo
12.

Cui assimilabo te? REMORÆ, di-
lecte mi. Quàm paruul⁹ in oculis fe-
culi huius, & tamquam virorum no-
uissimus, q̄ potens interim verbo &
opere

opere; diademata humilians, sceptrā
 demetens, & tamquam falce mello-
 ria omne magnū p̄scindens, omnia-
 que regna & imperia ad humilem a-
 renam deducē; leniq; iniecta manu
 sistens secundo turgidos vento; & de
 feliciori cursu suo prosperioris flatus
 fastuosos; qui ponunt brachiū fidu-
 ciam suam? procul à me magnitudo
 hæc noxia. vltimus mortaliū, adeoq;
 & bestiarum vltimus sim in oculis o-
 mnium, vt placeā oculis tuis dilecte
 mi. quid mihi proderunt iudicia hu-
 mana pleno fauoris cursu explicata,
 si tuo fluctu in scopulos pellatur hæc
 nauis? quid oberunt iudicia in con-
 temptū, si tuo vehar afflatu? felix de-
 pressio q̄ tu extollis; infelix magnitu-
 do quā tu deprimis. non & tu vltim⁹
 virorum fuisti, & iam non homo sed
 vermis? sit hæc anima mea vermis in
 proculcationem omni transeunti, vt
 placeat tibi Remoræ meæ; ne fatuo
 lapsu ruat in interitum carnis & ani-

536 CAROLI SCRIBANI
mæ. Veta hoc Remora mea, quæ so-
la potes, & veta æternum.

CAPVT IV.

Assimilatio Amoris quarta.

Regiæ. **C**VI assimilabo te? REGIÆ, dile-
Apoc. 21. *Et mi. Structura muri eius ex lapi-*
Esther. 1. *de iaspide, super pavimento smarag-*
Apoc. 21. *dino & Pario lapide strato. Porta illius*
margarite sunt per singulas: platea au-
rum mundum tamquam vitrum pelluci-
dum; fundamenta murorum omni lapi-
de pretioso ornata. Parietes eius ex au-
ro, de cuius laminis trabes, & postes
tecti sunt per totum, sed & laquearia
illius auro & gemmis variegata. Mē-
Ezech. 18. *sa illius ex auro obryzo. Omnis lapis*
pretiosus operimentum eius, sardius, topa-
zius, & iaspis, chrysolitus & onyx & beril-
lus, sapphirus & carbunculus & smarag-
Prou. 8 *dus. Melior est fructus eius cunctis pre-*
Eccles. 45. *tiosissimis; melior gemmis figuratis in li-*
Prou 8 *gatura auri: & omne desiderabile ei non po-*
Sap. 7. *test comparari. Omnes diuitias nihil esse*
dixi